Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



sepulcrum qui veniat pm ad monumtm & vidit & credidit.
Nondum enim sciebant scpturas. quia oportebat eum a
mortuis resurgere. In octa Paschae. Johannis Apli.
Omne quod natum est ex deo vincit mundum. Et
hec victoria que vincit mundum. fides nra. Quis est
autem qui vincit mundum. nisi qui credit qm ihs est filius dei.
Hic est qui venit per aquam & sanguinem ihs xps. non in aqua so
lum. sed in aqua & sanguine. Et spiritus est qui testificatur.
qm xps est veritas. quia tres sunt qui testimonium dant in
terra. spiritus. aqua. & sanguis. & tres sunt qui testi
monium dant in celo. pater. verbum. & spiritus. & tres unum sunt.
Si testimonium hominum accipimus. testimonium dei maius est. qa
testificatum est de filio suo. Qui credit in filium dei habet tes
timonium dei in se. Secundum Johannem.
Cum esset sero die illa una sabbatorum & fores essent clause.
ubi erant discipuli congregati pter metum iudeorum venit ihs
& stetit in medio. & dicit eis. Pax vobis. Et cum hoc dixis
set. ostendit eis manus & latus. Gavisi sunt igitur discipuli viso dno.
Dixit ergo eis iterum. Pax vobis. Sicut misit me pater. & ego mit
to vos. hoc cum dixisset. insufflavit & dicit eis. Accipite
spm scm. Quorum remiseritis peccata. remittentur eis. & quorum
retenueritis retenta sunt. Hebdomada.
In illo t. Thomas autem unus ex duodecim qui dicitur didymus.
non erat cum eis quando venit ihs. Dixerunt ergo alii discipuli.
Vidimus dnm. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius
figuram clavorum. & mittam digitum meum in locum clavorum. &
mittam manum meam in latus eius non credam. Et post dies oc
to iterum erant discipuli eius intus. & thomas cum eis. Venit